



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

15. Papias Eivsdem Discipulus cap. 39. de certitudine & veritate doctrinae  
Apostolicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

*Talia de sanctis Polycarpus rettulit olim  
Martyribus, sanctus martyr & ipse Dei.*

15. PAPIAS EIVSDEM DISCI-  
pulus cap. 39. de certitudine & ve-  
ritate doctrinae Apосто-  
licae.

**N**eq; multa dicentibus, sed vera traden-  
tibus auscultauimus, neq; his, qui ho-  
minū praecepta, sed qui Domini man-  
data memorabant, ab ipsa veritate suscepta.

*Quam sit Apostolici praestans reuerentia verbi,*

*Sic Papias sancto rettulit ore pius:*

*Non quae multa fuit studium, sed dicere vera,*

*His habita à nobis non dubitata fides.*

*Qui praecepta Dei memorarunt sancta fideles,*

*Dogmata non hominum, quae fugienda pijs.*

*Dogmate Apostolico tantum est Ecclesia in orbe,*

*Non hominum inuentis, constituenda Dei.*

16. IDEM DE ENERGIA SEV  
efficacia viuae vocis, seu mini-  
sterij Euangelij.

**N**on tantum mihi librorum lectiones  
prodesse credebam, quantum viuae vo-  
cis, praesentisq; magisterium.

*Hæc*